


Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


De dialectica - Cod. Ettenheim-Münster 363

[S.l.], [17. Jahrh.]

[urn:nbn:de:bsz:31-133483](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-133483)



EM 363



EM 363

G

Vr

EM 363

1

Grafburg, M. s. possessor

o so

Ocia si tollas ponitur cupidinis arq.

Vendat i banco, post fata amara,

M. so.



Declamatiuncula de patientia.

miram dei providentiam, qua non solum bona hominibus
 largiri, sed & mala spectari voluit. Incredibilem dei Sa-
 pientiam cuius nutu atque imperio totus regit mundus: Nihil namque
 autem Deo est praesentius, ab eo inquit necesse est mundum guber-
 nari: Nulli in natura (Ut inquit Cicero de Natura Deorum) obediens
 aut subiectus est Deus, omnem ergo ipse tenet naturam. Ipse est
 de quo Fraticus patriarcha ita loquitur, Videt inquit Deus nos
 audit prius & quae loquamur, Ipse est enim qui tacito Moysi ait:
 Quid clamas ad me? praevenit verba nostra & affectus anticipat,
 Cogitationes nostras intelligit de longinquo, hoc multo antequam
 fiat, prae nostris exaudit, antequam somnem, necessitates nostras aspi-
 cit antequam veniam. Eximus nostros speculatur, antequam nati sumus,
 sed ita nos aspicit, ut invidiam nos licet inveniat misereatur, Haec ille.
 Sed quid diu exordimur? quid de Deo dictum hallucinamur? cum
 imbecillitas ⁱⁿ hominem lingua vix intelligentia deum qualis sit, multo
 minus verbis, loqui & ~~comprehendere~~ comprehendere potest. Sed haec enarra-
 se sufficiat de Deo cum deus omnium virtutum auctor & prin-
 cipium sit. Nunc de virtutum praecipua dictum patientia. f. opere
 primum videbitur exquirere & indagare quid & qualis sit virtus
 patientia. Esse autem eam virtutem, quae contumeliam & omnes adveni-
 entis iniurias aequanimiter portat inconfesso est. Quod autem oportet
 patientiam quae officium, audiamus apostolorum testimonia haud vol-
 garia, Inquit enim Paulus ad Romanos: Tribulatio patientiam operatur
 patientiam autem probationem, probatio vero spem. Item ad Thimotheum
 Titum, Patientia vobis est necessaria, ut voluntatem dei facie-
 tes reportetis in misericordia. Item Iacobus 1 & 2 capitulis. De
 gaudium exultatione fratres mei, cum in tentationes varias incidetis
 scientes quod probatio fidei vestrae patientiam operatur, patientiam autem
 opus perfectum est, ut sitis perfecti & integri, in nullo deficientes.

Beatus q̄ suffert tentatione, quonia non p̄ bonus fuerit
accipiet corona vite. qua resp̄nsi Deo det̄eribz se. Patie
tes inquit estote & vos, & confirmate corda vestra, quonia ad
uentu domini app̄inquabit: nolite in gemis fieri fratres in alterutru
vt no vindicemur. Ecce iudex ante tanua a si sit. Exempla acie
rite fratres dixit mali. Et longaminitatis & laboris & patienti
e, p̄ prophetas, q̄ locuti sunt in noie d̄ni, Ecce beatus diu
mus eos, q̄ sustinerut, sufferenda Job audistis, & sine d̄ni vidi
stis, quonia misericors e d̄ni. Huc vocanda e specula patientie
Job, cap. 2 qui eis specime p̄huit dicendo, Dominus dedit, d̄ni
abstulit, sicut d̄no placuit ita factum est. Et secundu August.
paratus es esse homo pius & iustus, patienter eoru mala
sustinere, quos fieri bonos q̄rit, vt polig numero crescat bonoru
vt no pari malitia se quis numero addat maloru. In hui
rei p̄banone conferunt quoq̄ exempla & auctoritates p̄horu.
Aristophanes a quoda contumelias petitiq̄ dixit, penes te e maledi
cere, penes me aut, recte audire. Et Demosthenes a quodam
conuictis lacessimus: Nolim tecu in hoc genus certaminis desede
re, dixit, in quo q̄ vincit, ipso victore e melior. Diogenes
Cynicus, adulescenti congreto, q̄ a multis p̄baret: desine inq̄t, &
tu p̄urbationis mētia q̄ te ferre: significas, nulla alia in re melig
imp̄bitatem ladentium finiri, qua si, q̄ ladit, dolore dissimulat.
Etenim qui ob id incessum homine, vt illa discernere desinent, si
viderint illam nihil commoueri: Magna igit̄ perina dissimulatio
qua ferre potes alioru imperia. Cum igit̄ trifaria pa
tientie virtutem exorere soleamus, alia naq̄ sunt q̄ a Deo,
alia q̄ ab antiquo aduersario, alia q̄ a proximo sustinemus. A
proximo persecutiones, damna, & contumelias sustinemus. Ab antiquo
aduersario; tentacula, & a Deo aut flagella tolleramus.

3
Sed in his orationibus vigilanti oculo semetipsum de cir-
cumspicere homo, ne contra mala proximi protrahat ad retributionem
malis, Et ne tentationibus adversarii sedueatur ad delectationem, vel
consequum delicti, ne contra flagella officii perveniat ad excessum mur-
murationis. Tunc autem illata vitia bene tolleramus, cum secreto mentis
ad mala perpetrata recurramus. Leve quippe videbitur, cum invidia per-
tiamur dum in actione nostra conspicimus, quae perit et quae marmure
mus (ut ^{docet} Augustinus Moralibus lib. 30) sicque fit, ut contumelias
gratia magis quam ira debeatur, quam interuenit, deo iudice, poe-
na grauior declinari posse confiditur. Plerumque autem ideo patien-
tes videmur, quia retribuere mala non possumus, sed quia idcirco mala
non retribuimus, quia nequaquam uales, quod dubio patiens non est, quia
patientiam non in ostensione requiritur, sed in corde. Forma enim gratia
ipsam & langua faciem virtutis vides, quae si oculis cerneretur,
mirabiles amores, ut ait Plautus, excitaret patientiae. &c.


In Mariae virginis Assumptione exultandum
pluribus quidem esse pluribus causis. Mancinellus.

Si hodie quidem **Q**uam fingorū in urbe vix, placent, domibus
queri, iuuenes, viri, seniores, nuptae, viduae, virgines, gaudent, letant
Exultant, **Q**uam proos & dominos, nullus offeso, nullus indignatio,
ne aliqua affligit de, veritate toto pectore unguisq; conij, vna cu
ana elis, facturumq; coetu, beatae mariae, summi dei matris optima, ad
coelestia regna assumptione, summa letitia debitisq; obsequijs celebrare.
Quod nunc sacra virgo hominibus prius sempiterna do
na redoptare. **Q**uam faciente. Corpore portauit. **Q**uod
inter seculi arunas miseros homines aspiciat & metur. **Q**uod
ter ad dominum filium suum orationes & preces dirigat. **Q**uod
gentibus cuius visceribus, fuit coeli terraeq; autor commissus.
Quod
lissingu puerpium lenabile angelis, expectabile sanctis, necessarium
Tunc Tu ergo beata gloriosa vtraq; laudabilis inter omnes mulieres,

Tu ad fontem geminis vitas, Tu ad Paradisi amantissimos & molles
& diis errantes, Tu genui me, Tu dei genitrix, tu
nutrix, & te natus q te creavisti, a te gestatus q te formasti
Tua pax vera, q ipse implenti. Senatus igitur populusq; Quir,
Benivolentia
genitrici oro ac obsecro, ut magis ac magis gloriosus, dei
^{matris} afficiat atq; defensas, quo nunc valeat assumptione singulis
annis maiori cu gaudio celebrare Deos patri & creatori mo
gros agere, & tuis nos amore psecutus e, ut pp nos homo
fieret, & nos varijs contumelijs afficeret. Exultamus itaq; uni
oes festum virginis solere cu hymnis & laudib; celebratos
q unguis hinc civet resp: pra opimj, *Dei*

XXI

... & tibi
genitrix
te formam
pupulae tuae
gloriosa dei
impone fugalit
rector nro
p nus homo
m itaq vni
et celestis



5



6

DE DIALECTI CA

Quid est dialectica - Est
ars ac uia docendi

In quibus consistit docendi uia
in tribus, in quibus - in definiendo,
diuidendo et argumentando.

Quando definimus - cum nomen
interpretamur aut quid res sit ex
ponimus.

Quando diuidimus - cum mem
bra aut partes enumeramus.

Quando argumentamur - cum
aliam sententiam ex alia ratiocina
mur.

Dialectica unde est dicta - **D**ia
lectica quod disserere s. **d**istin
dere de aliqua re dicere significat.

Quod est proprium officium dialecticae -
Docere, id fit definiendo, diuidendo,
et argumentando.

Quid interest inter dialecticam et
rhetoricam - Dialectica nudam
causam per quibus uerbis et tanquam
punctis designat. Rhetorica addit
ad uentionem inuentis a dialectica
et uelut ornamentis uerborum et
sententiarum uestit.

De quod uocibus deferit dialectica.
De duabus, de tribus. De uoce sim-
plici et uoce composita.

Quid uox simplex. Est uocabulum
uel thema simplex propositum de quo
fit quaestio ut Religio, Iusticia.

Quid est uox composita. Est per
fecta oratio sine thema compositum
de quo fit quaestio ut Iustificat ne
fides sine operibus.

DE PREDICABILIBUS

Quod sunt predicabilia. Sex, eum
Individuum, Genus, Species, Diffé-
rentia, Proprium et Accidens.

Quid est Individuum. Est quod
exprimitur per pronomen hic, ut
hoc, et est certa et impressa animo
imago ut hic homo.

Quid est Genus. Est nomen co-
mune multis speciebus ut animal.

Quid est Species. Est uocabulum
comune proximum in diuiduo quod
primum occurrit in definiendo in
diuiduo ut Homo.

Quid est differentia. Est nomen
quod cum genere certam speciem
constituit. Ut est nomen quod
species eiusdem generis discernit.

Quid est proprium. Est nomen

7
quod competit uni speciei tantum.
Itq uniuersos vt Loqui. Numerare.
Cedere, competitunt homini tantum.

Quid est Accidens. Est nomen
significans quiddam quod tum ad se
tum detrahi alteri potest vt Calor.
Albedo.

Quaestio per quid quirit. Est

Quirit de specie ac genere.

Quirit per qualem quirit. Est

Quirit de differentia, proprio, et
accidente.

DE PRAEDICAME TIS

Quid sunt praedicamenta. Sunt
quae docent quid uniuersusque natura
sibi adtribuendum sit.

Quod sunt praedicamenta. Docem
tunc. Substantia, Quantitas,
Qualitas, Relatio, Actio, Passio,
Quando, ubi, Situs et habitus.

DE SUBSTANTIA §

Quid est Substantia. Est natura
sibi interna per animam ab quidem
sibus separata vt Deus Angelus,
Homo, Ayo.

Quod duplex est Substantia. Duplex
scilicet corpora et incorporea.

Quid est Substantia corpora. Est
quae accidentibus tecta est vt Homo Lippus,

Quid est substantia incorporea.
Est q̄ accidentibus caret vt Dey
Angelus.

Quod duplex est substantia cor
porea. Duplex, sc̄ Simplex et
mixta.

Quid est substantia corporea Sim
plex. Est q̄ non est conflata
ex elementis aut materia sed
creata a Deo simpliciter vt
Coelum, Aer, Ignis, Terra, Aqua.

Quid est substantia corporea
mixta. Est quae ex elementis
conflata est vt sunt Metalla Au
rum, Argentum, et haec absoluta
sunt. In absoluta, mix. Quando,
Pruna, Ros, Fumus, et minima.

Quod duplex est substantia cor
porea mixta. Duplex, sc̄
Animata et Inanimata.

Quid est substantia corporea mix
ta animata. Est quae habet
in se vim et naturam augendi
et crescendi vt Homo, Aquila.

Quid est substantia corporea
mixta inanimata. Est quae
non habet in se internam vim
aliquam, sed augetur ex qualitate
composita materia sic d̄ surante
sole vt Lapidis, vitrum, Gemma
Adamus.

Quod duplex est substantia corporea
mixta animata. Duplex, sc̄
Sentiens et non sentiens.

Quid est substantia corporea mixta
animata sentiens. Est quae

8
afficitur et commouetur cum coeli-
tur, Aut? quo sensu praedita?
vt Homo, Alimus, Avis, Vermis.

Quid est Substantia corporea
mixta animata non sentiens?

Est q non afficitur et commouetur
cum ceditur vt Planta, Herba,
Flores, Arbores

Quot duplex est Substantia, cor-
porea, mixta animata sentiens.
Duplex, R. Rationalis et Irra-
tionalis.

Quid est Substantia corporea
mixta animata sentiens Ra-
tionalis? Est q ratione p^o praedi-
ta vt Homo, Plato, Petrus.

Quid est Substantia corporea
mixta animata sentiens irra-
tionalis? Est quae ratione ca-
ret vt Leo, vulpus.

DE QUANTITATE §

Quid est quantitas? Est mag-
nitude rei quae dividitur in partes
lotet.

Quod sensibus percipitur Quantitas.

Quobus, quibus? tactu et visu.

Quod est proprium Quantitatis?

posse diuisi, vt Magnum in suas
partes, Miliare ut Longum in
suis passibus. Vt nam in Tria quar-
talia, Numerum in suas unita-
tes tanq articulos in suam causam
vt Crosum misensem in sex et
sex nummos, in quatuor et octo
Orationem in tot et tot verba,

Verbum in tot et tot Syllabas, Syllabas
in tot et tot literas.

Quotduplex est quantitas. Duplex
est continua et discreta.

Quid est Quantitas continua ?
Est quae coheret et cuius partes non
sunt diuisae.

Quantitatis continuas quod sunt
species. Tres. Una. Linea, in
superficie, corpus.

Quid est Linea. Est longitudo
per se. Et ad hanc pertinet omnia
longa ut Virga, Miliare, Virga
agri mensurantur.

Quid est Superficies. Est latitudo
seu externa species. Ad hanc perti-
nent omnia lata et longa ut Ager
Fundus, Pratum, campus.

Quid est corpus. Est dispositio a
subiecta separata ut est quadrata
forma seu magnitudo tesserae se-
parata ab osti cula. Et ad hanc
rerum seu corporum formas perti-
nent ut Forma trianguli quatuor
piramidem uocant, Forma qua
trianguli quam tesseram uocant.

Quid est quantitas discreta. Est
cuius partes non coherent sed separantur.
Haec uocamus quod sunt ut quod
numerus sexagesus ualeat, octo, quatuor
or et quatuor, et tribus aut quingis
uel duobus aut sex.

Quantitatis discretae quod sunt spe-
cies. Duo, tria, Numerus et
unum Duo, tria, et haec numerata
causa sunt maioris numeri ut ve-
ritas odium parit, Verba resoluuntur
in suas uoces, Voces in Syllabas,
Syllabae in literas.

In quibus est usus quantitatis
continuae. → In comparationibus
rerum inter se.

In quibus est usus quantitatis dis-
crete. → In distributionibus Re-
thoricis.

DE QUALITATE

Quid est qualitas. → Est quicquid
sensibus humanis subiectum est pro-
ter quantitatem.

Quid duplex est qualitas. → Duplex
est corporis et animi.

Qualitas corporis in quod consistit.

In quinque. In quibus.

In visu. Et ad hunc pertinent colores
ut color albus, niger, spadiceus.

In auditu. Ad hunc pertinet sonus
sive vox. Et hoc est duplex articula-
ta ut oratio, Inarticulata, ut
mugitus bovis, Latratus canum.

In odoratu. Ad hunc pertinet odor sua-
vis, gratus, foetor.

In gustu. Ad hunc pertinet sapor ut
dulcedo, Amari tudo.

In tactu. Ad hunc pertinent omnia
quae tangi possunt. ut Molle, Durum,
calidum, Afferum, solidum, fri-
gidum, humidum, siccum.

Qualitas animi quod duplex est.
Duplex. Est Intellectus et volun-
tatis.

Qualitas intellectus quid conti-
net sub se. → continet sub se omnes
artes quae sunt habitus, hoc est quod assi-
duitate quadam discernendi percipi
unt. utque postea indicarent animo.

vt Grammatica. Rethorica.

Qualitas voluntatis quid conti-
ner sub se → Continet sub se vir-
tutes vt sunt prudentia, Iusti-
cia, Fides, Modestia, Item
vitia vt Imprudentia, Inuidi-
cia, Et affectus quibus a rati-
one probata ampleximur, Fem
probata ab illa fugimus ut ira
Dolor, Metus, Spēs loquacia. ¶

DE PRÆDICAME TO RELATIONIS ¶

Quid est Relatio → Est ille respectus
rei e loco tempore, persona, virtute,
condicione, sexu, materia, actione, terti-
one natus.

Inter quod versatur Relatio → Inter
duo extrema, Cuius Fundamentum
vt terminum.

Quid est fundamentum → Est res a
qua oritur relatio.

Quid est terminus → Est res quam
spectat vel est res in qua definit respectus.

Natura sub qua latent causas et effe-
ctus vt Faber, ensis, orator, oratio,
Evangelium, consolatio. Item calor
vt virtus calfaciens et q̄ calfaciunt.

Signa externa. Sub quibus latent
Fastes et magistratus, Rega et Senatus,
Succellus et monachus.

Patrocinitium seu seruitus sub q̄ latent
Tutor, Pupillus, Patronus, elicens,
Dominus, Seruus, Pater ancilla.

Consonantia sub qua latent
Pater Filius, Frater, Soror,

Nepos, Nephis, Atavus, Proavus

Conjugium. Sub quo latent sponsa
Sponsa & Sponsus, Soder. Socrus, Nurg.
Coniugium, maritus.

Contractus. Sub quo latent Emptor
venditor, Emptio, venditio. Locator,
conductor. Locatio, conductio.

Cognata et coherrentia. Sub quibus
latent, Mendax, fur, temulentus
Temerarius. Ignotus, Borius, poeta,
Invenis inconstans.

Contraria. Sub quibus latent, aclept
Acortator, Pudicus, Impudicus.

Sexus. Sub quo latent Mas, femina.

Aetas. Sub qua latent, Iuvenis, Et
nectus, Puer, Adolescens, Iuvenis,
Senex.

Conditio. Sub qua latent, pauper, di-
pus, Liber, Servus, Ingenuus, Li-
bertinus.

Institutio. Sub qua latent, Pra-
ceptor, Discipulus, Artifex et qui dis-
cit artem.

Voces generales Relationis ex quod
oriuntur. Ex tribus, Ex quibus.

Primo. Ex substantia. Quando sub-
stantia, voces transferuntur ad ali-
quom usum ut Servus, Dominus,
Huc pertinent omnes actiones et effectus
Substantiarum, et Emptio venditio.

Secundo. Ex Qualitate, ut sunt vo-
cabula apprehensionum ab istis actibus
ut Grammaticus, Rhetoricus, Dia-
lecticus. Item vocabula ex qualita-
tibus corporis ut Bonus, optimus, Albus,
Niger. Item cognata ex virtutibus
ut Pax concordia quae cum Amicitia
Cognationem habent. Proximam glo-
ria honos qui virtuti sunt voces cog-
natae. Item quae aliquid affinitatis
habent cum vitis ut Discordia, In-
munitas, Proterva et atrocitas

relatiua dicuntur ut **Tratus** **Sodany**
Loctus, **Picis**.

Textio. Ex quantitate ut sunt vo-
cabula **Similitudinis** et **Dissimili-**
tudinis ut **Aequalis**, **Inequalis**, **Maig-**
minus, **Par**, **Antar**, **Duplum**, **Tri-**
plum, **Item** temporum uoces ut
Annus **mensis** **Die** et haec respectu
prioris et posterioris.

Observanda

Quae sunt obseruanda circa hoc pro-
dicamentum. **Primo**. Omnia uo-
cabula quae non ad superiora praedicamenta
referri possunt ad praedicamentum
Relatiouis pertinent.

Secundo. Multo plura sunt uocabula
praedicamenti Relatiouis quam ali-
orum, quia in comuni ultra plurimum
res nominantur non tam a natura
quam a respectu officiorum uel usus.

Textio. Definitiones ex hoc praedica-
mento ex officio et usu rerum formantur
hac lege ut semper correlatiui
ad se in definitione ut

Quid est pater. Est qui filium ha-
bet aut filium. Et contra

Quid est filius. Est qui patrem
habet.

Quid est emptio. Est mercis certa
pecunia emptae.

Quid est uenditio. Est mercis
certa pecunia uendita uel cum
mercis certa pecunia uenditur.

Quid est doctus. Est qui non est
indoctus.

Quid est indoctus. Est qui non
est doctus.

DE ACTIONE

Quid est Actio → Est relatio ad id quod patitur.

Quae pertinent ad praedicamentum Actionis → Motus.

Primo. Verba adiuva significationis ut Legere.

Secundo. Nomina verbalia a verbis actibus descendunt ut Lector.

Tertio. Participia a verbis actibus ut Amans.

Quarto. Verba motum ad locum significantia ut Ire, redire, currere, recurrere.

Quinto. Verbalia nomina a verbis motum ad locum significantibus descendunt ut Curfus, recurfus.

Sexto. Verba adiuva significationis propter certum aliquod finem ut Edificare cuius finis est aedificium.

Pingere cuius finis est pictura.

Belligerare cuius finis est victoria.

DE PASSIONE

Quid est Passio → Est relatio patientis ad agentem.

Quae pertinent ad praedicamentum Passionis → Verba passiva ut Amari.

Legi.

Nomina et participia passiva significantia ut Lectus, Amandus, plectibilis, fissilis.

Et quaedam neutra exceptis motum ad locum significantibus et ad certum aliquod finem tendentibus) nam neutra propropietate passionem significant.

DE PRAEDICAME TO VBI

Quid est praedicamentum vbi
Est circumstantia loci. Est autem
locus q̄ occupat corpus.
Quo pertinent ad praedicamentum
vbi. Omnia nomina locum signifi-
cantia ut sunt aduerbia loci, Item
propria locorum nomina. Item de-
riviui adverbialiter positi ut *Domus
Militis*. Similiter dativi ut *Ruri*.
Item circumloquentes q̄ duobus loci
aut vicin illorem pro pro modum
tenentes ut *In foro*, *In horto*, *In
templo*. Item nomina localia ut
planum, *montosum*.

DE PRAEDICA MEO QUANDO

Quid est praedicamentum quando
Est vox qua circumscribitur circum-
stantia corporis et d̄ vox qua tempus
a tempore separatur. Usus huius praed-
dicamenti est apud auctores in descripti-
onibus temporum.

Quae dictiones pertinent ad praed-
dicamentum quando. Primo
Aduerbia temporis ut *Hodie*, *Huius
cras*, nunc, aliquando.

Secundo nomina significantia
tempus ut *Dies*, *noctis*, *Menſis*.

Annus, ver, aestas, Autumnus,
 pueritia, Adhescencia, Senectus,
 Iuventus, Soremum, Nubilum,
 Festus dies, Ne fastus.

Tertio. Officiorum tempora et Hora
 concinandi, Dies ludendi, Tempus
 studendi, Tempus scribendi, Tem-
 pus legendi.

DE PREDICAME TO SITVS.

Quid est praedicamentum situs?
 Est dispositio corporis. Et est status
 corporis. ut Iacere, stare, sedere, Su-
 binum esse, pronum esse, cubare.

Quae pertinent ad praedicamentum
 situs. Dictiones significantes ges-
 tum corporis ut. stans, Sessio, Acu-
 bitus, pronitas, cubatio, recubitus,
 discubitus, curuum esse, claudum esse.

Quotidiani sunt corporis gestus.
 Multiuarij, Nam alius est corporis
 gestus qui tantis, Alius currentis,
 Alius stantis, Alius sedentis, Alius
 iacentis.

DE PREDICAMEN TO HABITVS

Quid est praedicamentum habitus?
 Est vestitus qui adhaeret rebus.

Quo pertinent ad predicamentum
Habitus - Omnia nomina vestium
Vt Pallium, toga, Chorag, tunica,
Intenula.

Quare nomina vestitus dicuntur
habitus? Quia habent et habentur,
Habent enim quos togant, et ha-
bentur ab illis quos togantur.

DE POSTPRAE DICAMENTIS

Quid est postpredicamentum? Est
interpretatio uocabuli ambigui.

Quod modis accipitur prius. Tribus.

Primo. Quo ad tempus. Vt Romulus
est prior Numa Pompilio.

Secundo. Quo ad ordinem naturae.
Vt causa prior est effectui. Genera
priora sunt speciebus.

Tertio. Quo ad dignitatem. Vt Rex
prior ciue.

Quod dupliciter dicuntur opposita.

Quatupliciter. Aut contrarie. Vt
cum dua qualitates pugnant inter
se sicut calor et frigus. Aut relative
opposita sicut pater et filius, non enim
possunt simul in idem subiectum ca-
dere, Vt nemo idem dominus et ser-
uus et pater et filius respectu eiusdem.

Aut priuatiue opposita sicut tenebrae
et lux. Nam priuatio significat ab-
sorptionem et tamen aduerso potest

Sicut caritas significat in se carere.
Aut contradictorie q̄ tantum in pro
positiones eadem, ut Cæsar q̄ iure
interfectus - Cæsar non est iure in
interfectus.

DE DEFINITIONE

Qualis debet esse definitio? Talis ut
nec latius patiat nec angustior sit definito.

Quod duplex est definitio? Duplex. scilicet
nominis et rei.

Quid est definitio nominis? Est ratio
logica uocabuli.

Quid est definitio rei? Est ratio q̄ rei
partes aut causas aut accidentia exponit.

Quod duplex est definitio rei? Quadruplex.
videlicet, Essentialis, causalis,
et partibus, accidentalis.

DE DEFINITIONE ESSENTIALI

Quid est definitio Essentialis? Est que
constat ex genere et differentia, ut res q̄
sunt accidentibus. ut Homo est animal ma
tum habens ut est substantia corporea
animata sentiens intentionem habens.

Quid significat uocabulo Essentialis?
Ista natura per se.

Quid significat uocabulo substantias?
Natura accidentibus uesita.

DE DEFINITIONE CAUSALI §

Quid est definitio causalis? Est
ex causis & collecta.

Quod sunt causas? Quatuor. quae
Materialis, Formalis, efficiens, Fi-
nalis, ut Materia, forma, effici-
ens, Finis.

Quid est Materia? Est ex qua aliquid
fit.

De definitionem ex causa materiali col-
lectam? **H**omo est animal quod mente
et corpore constat. **T**unica est uestis ex
panno confuta. **C**alcus est trigonum
pedis ex corio factum. **M**ustum est
humor ex uuis exproleg.

Quid est forma? Est ex forma factus rei.

De definitione: causas formalis?

Purissima est aqua cocta cum heredo.

Hoc argentum est minimum ualens
triginta albis pro iochimico grosso.

Pallium est exterior tunica corporis.

Quid est efficiens? Est persona seu res
faciens.

De definitione: causas efficientis?

Fides est donum spiritus sancti.

Leges humanae sunt institutiones su-
perioris magistratus.

Ceremoniae sunt traditiones pontificum.

Remissio peccatorum est mors christi
in cruce.

Iusticia cordis est fides in christum.

Quid est finis? Est utilitas propter
quam aliquid fit.

Da definitiones collocas ex causa fi-
nali. Iusticia virtus unicuique
dane quod suum est.

Fides est virtus qua iustificamur ut
hanc organa domini habeamus in nos-
tro consensu.

Crux est quavis afflictio sine inferna
sine peccato ut per eam fides nostra
probetur et claritas dei organos cogi-
noscat.

DE DEFINITIONE EX PARTIBUS

Quid est definitio ex partibus? Est
ex partibus rei seu membris conflata. ut

Corpus humanum est quod constat ex
capite ventre et pedibus.

Euangelium est predicatio boni ton tico
et remissionis peccatorum in nomine christi.

Poenitentia est conuersio animi propter ad-
missa peccata et fiducia in promissam
gratiam per christum.

Matrimonium est coniunctio
legitima coniunctio.

DE DEFINITIONE EX ACCIDENTIBVS

Quid est definitio ex Accidentibus? Est
q̄ ex genere et accidentibus colligitur. vt
Narcissus est flos, similis croco, caule
doctrantali, florens mense Augusto, flo-
rum omnium postremus.

Beatus vir d̄ qui non abiit in concilio
impiorum et in peccatorum uia non
stetit nec in cathedra pestilentia sedu.

Mors d̄ ultima finis uirae

Verum autem hoc genere definitio
nisi plerumq̄ autem in describendis
personis huiusmodi radicibus et similibus
rebus.

DE DIUISIONE

Quid est diuisio? Est rei per partes expli-
catio.

Quod duplex d̄ diuisio? Quadruplex,
Vocabuli, Eteneris, Totius, Enumerati-
onis.

Quid d̄ diuisio vocabuli? Est uocem mul-
ta significentem exponere, vel d̄ expositio
uocis multa significantis. vt

Livo modo significat animal terreste
modo astrum coeleste

Polyptus nunc morbum nunc piscem
significat. Huius farinae sunt, canis,
virgo, libra, aries, taurus et lupus

quod nunc animal nunc piscem significat.

Quid est divisio eorum? Est partitio eorum in suas species ut si animal dividas in hominem et equum, si arborum dividas in ficum et pomum.

Quid est divisio totius? Est partitio totius in suas partes ut si corpus dividas in caput et thoracem et ventrem, si manum dividas in digitos, si demum in fundamentum, pedes et toctum.

Quid est divisio enumerationis? Est partitio subiecti in sua accidentia ut cum dico Ciceronem philosophum, oratorem et Astronomum fuisse. Cuius usus est in genere demonstrativo apud Rhetores cum laudamus aut vituperamus personas.

DE VSV DEFINITIONIS ET DIVISIONIS

Quis est usus definitionis? Usus definitionis est quod ex definitionibus tantquam ex fontibus omnia deriventur argumenta et itaque nascatur oratio.

Quis est usus divisionis? Usus divisionis est apud auctores in amplificandis magnis causis. Nolo autem usum artis alicuius noverim dicitur utile sed etiam necessarium, quis enim auderet dicere se artem aliquam didicisse cuius usum ignorat. **E**x definitione itaque et divisione

formant dialecticam suam docendi metho-
dum. Ad quam in primis haec quaestiones
pertinent.

Veram res sit de qua disputatur.

Quid res sit.

Quae causas sint.

Quae partes.

Quae officia seu effectus et quae contrariae.

Et comprehenduntur haec tribus istis
interrogationis modis, **A**n, **Q**uid,

Quare, **A**n quare utrum sit res,

Quid quare rei naturam, **Q**uare

causam. **Q**uid testis. **M**elant hanc

non est interrogatio sed pertinet ad

circumstantias et significat quod

est sermo.

SEQVNTVR EX EMPLA METHODI

Fides est in promissiones de christo certa
quaedam cordis fiducia (cuius operator
Spiritus sanctus est) in iustificans omnes
coram deo qui eam certam et indubi-
tata habent.

In hac definitione primo demandatur
quid fides sit nempe certa cordis fiducia
in promissionis de christo. **S**ecundo
ostenduntur causa et primo causa effici-
ens cum in definitione dicitur, **V**ig
operator spiritus sanctus est. **S**ecunda
Spiritus sanctus efficit illam fiduciam
in corde. **D**einde ostenditur ma-
terialis causa cum in definitione dicitur
in promissiones de christo.

Nam promissiones dei seu verbum
dei materia sunt fidei. **Tertio.**
Causa finalis cum in definitione
habetur iustificans oes coram
deo. finis enim fidei e iustificare
et tranquillificare conscientias coram
deo. **Hec fides simplex** dicitur in
aliquas diuidi partes potest, contra-
ria huius sunt asserere fidem esse
habitum quondam et similia.

ALIUD EXEMPLV

IUSTITIA e virtus unicuique reddens quod
suum est.

In hac definitione primo quid Iusticia
sit ostenditur nempe quod sit virtus.

Deinde causa efficiens fit voluntas
sui animus recte ratione intellectus
obtemperans. unde actiones iustas
referuntur.

Partes Iusticiae sunt
duo. Vna e Iusticia civilis. Altera
Iusticia ethologica. **Effectus** seu causa
finalis Iusticiae e unicuique dare quod
suum e. Item. **Nominem** in locum
Nominem iniuriam inferre, et simi-
lia.

REGVLA DE CO- TRARIIS COLLIGE- DIS

Contraria debent a toto metho do
colligi. primum quae definitioni contra-
riantur. **Secundo** quae causis. **Tertio**

quos partibus. Quarto J officijs sui v. scilicet. **S**ua definitioni Fidei contrarium est dicere Fidem tantum esse notitiam in nobis ipsius historia de christo, cuius contrarium est dicere fidem esse habitum in nobis. Partibus contrarium est fidem dividere in fidem formatam in infideliam et acquisitam dum fides sit simplex nec aliquid in partes soluit, Effectui fidei contrarium est negare quod non sola fides iustificet.

DE PROPOSITIONE

Quid est propositio. Est oratio in dicatua et perfecta verum aut falsum sine ambiguitate significans. Vt, Quam velim annuntiare pacem hominibus. Et propositio est perfecta sententia nomine et verbo coniunctis principaliter. Vt, Sanguis christi mundat nostras conscientias. Neg restituit suae propositio pauca sine multis verbis constructur.

Quod sunt partes propositionis. Duae sunt. Subiectum et predicatum.

Quid est subiectum. Est prior pars in constructione ut christus docuit veritatem dei.

Quid est predicatum. Est posterior pars in constructione ut Scriptura sacra docet uerum dei cultum.

Qua est prior pars in constructione?

Est nomen vel nominativus.

Qua est posterior pars in constructione? Est verbum.

Quare indicatiuae orationis dicuntur propositiones? Quia istae certissimam sententiam pariunt et sola verum vel falsum significam.

Premittitur in semper subiectum?

Non, Nam auctores nonnunquam praedicatum subiecto praeposunt ut Beatus vir qui non abiit in concilio in priorum, hic beatus vir praedicatum, qui non abiit vero subiectum. Brutus qui amat disciplinam, Beatus praedicatum qui amat disciplinam est subiectum.

Est autem diligenter notandum quod verbum non semper est praedicatum sed nonnunquam alijs uocibus circumloquimur intercedente copula ut

Iudicia est optimum bonum.

Virtus est donum deorum.

Fides est iudicia cordis. (PO)

DE PRIMA PROPOSITIONIS DIVISIONE

Quor duplex est propositio? Duplex categorica et hypothetica.

Qua est propositio categorica? Est in qua simpliciter alterum tribuitur alteri ex nomine et uerbo, ut

Christus redemit nos. Paulus est
rhetorologus.

Quaerit propositio hypothetica. Est
oratio subiunctiva uel est oratio qua
loquitur sub conditione ut Si credi
deris saluus eris, Si uero uiperis bene
monebis.

DE SECUNDA PRO POSITIONIS DIVISIO

NE

Quaerit altera propositiois diuisio.
Hoc, qua propositio diuiditur in aff
irmatiuam et negatiuam propositi
onem.

Quaerit propositio affirmatiua.
Est q̄ aliquid affirmat ut Christus
est propitiatio pro peccatis. Euange
lium est uerbum salutis.

Quaerit negatiua. Est in qua
negandi particula est ut Peccator
non est particeps regni dei.

Est autem omnis propositio negatiua
in qua negandi particula est. Non
Nam illa, Odit sapientem qui sibi
non sapit non est negatiua.

Quaerit igitur est uere negatiua. In
qua negatio principali uerbo additur.

Utrum illa propositio sit negatiua
in qua duae negationes sunt.
Non, Quare. Quia duae negati
ones unam affirmationem uolunt
unt, Nam illa, Nemo non in
alienis uitijs iudicandis oculatior
quam in suis non est negatiua sed

18
affirmatiua, quia idem dua negati-
ones nemo non affirmationem fa-
ciunt.

DE TERTIA PRO- POSITIONIS DIVI- SIONE

Sunt praeterea propositiones aliae uni-
uersales, aliae particulares aliae in-
definitae, aliae singulares.

Quid est propositio uniuersalis?

Est q̄ habet signum uniuersale ut
Omnis christianus & participes regni
dei Nullus christianus dam-
nabitur.

Quid est propositio particularis?

Est q̄ habet signum particulare ut
Quidam monachi sunt iusti, Cui-
dam monachi non sunt iusti.

Quid est propositio indefinita? Est
in qua in uniuersum de re aliqua dicitur
sine apposito signo ut est in qua uniuersum
suo praesertim aliquid proprie tribuitur

ut Eloquentia est uis perfecte aliquid
explicandi hoc est sapienter et cum
summa perspicuitate, Item,

Virtus est summum bonum.

Dilectio est impletio legis. Et haec
propositiones habent unum uniuersum
saluum.

Quid est propositio singularis?

Est in qua subiectum est proprium
nomen ut Paulus est summus theologus
Ioannes est euangelista.

Quid est signum uniuersale. Est
quod uniuersalitatē denotat.

Quod duplicia sunt signa uniuersa
scilicet duplicia. Eaedem
in sunt affirmatiua, Eaedem
negatiua.

Quæ sunt signa uniuersalia aff
irmatiua. Hæc, Omnis, vni
uersus, cuiuslibet, quisquis, et si quæ
sunt similes huius ferimus dictio
nes.

Quæ sunt signa uniuersalia ne
gatiua. Hæc, Nemo, Nullus,
Nemo, Et si quæ sunt similes huius
significationis dictiones.

Quid est signum particulare.
Est quod particularitatē deno
tat.

Quod duplicia sunt signa parti
cularia duplicia, Affirma
tiua et negatiua.

Quæ sunt signa particularia aff
irmatiua. Hæc, Cuiusdam,
Aliquis, Cuiuspiam, Cuiusquam,
vllus.

Quæ sunt signa particularia ne
gatiua. Supra dicta eorum ne
gationem adiunctam habent ut
Cuiusdam non, Aliquis non, Cui
piam non, Cuiusquam non.

DE QUARTA PRO POSITIONIS DIVISI ONE. §

Quae est quarta diuisio propo-
sitionis. Haec, Propositiones aliae sunt
verae aliae falsae.

Quid est propositio vera. Haec
cum re quam significat conuenit
vt Ignis est calidus, Sol est
splendens, Caelum semper moue-
tur.

Quid est propositio falsa. Haec
cum re quam significat non con-
uenit vt Piscis volat, Aquis nat,
Suscinnit, Caelum
est immobile.

DE QUINTA PRO- POSITIONIS DIVI- SIONE

Quae est quinta propositionum di-
uisio. Haec, Propositiones aliae
sunt necessariae aliae sunt contingen-
tes.

Quid est propositio necessaria. Haec
in qua definitio aut pars definiti-
onis uel genus uel differentia uel
propriuntur vt Homo est animal
rationale quod loqui potest. Equus
hinnit, Canis latrat, Fides sus-
tinetur, Sol splendet, Haec propo-
sitiones natura ueritatis sunt nec
mutari possunt quapropter ne-
cessariae dicuntur.

Quid est propositio contingens.

Est in qua subiectis accidentia conueniuntur. Et est in qua consequentia non colliguntur necessario ex proce-
dentibus. Ut Lapis est albus. panis
est pictus. Cicero est orator.

NOTABILE

Vnum contingens non facit neces-
sariam probationem. Attamen mul-
ta contingentia probant aliquid fir-
mi. Ut Dardus in Azdria multis con-
tingentibus a coniecturis probat non
datam iri Pampilio uerum.

Aliud notabile de usu propositionis.

Vsus propositionis est ut in magnis
et prolixis orationibus totius rei sum-
mam pauca uerbis complectamur
nam summam rei propositione com-
perta magis conspicue intelligimus
et de tota oratione omnibus par-
tibus facilius iudicare possumus.
Vt Summa seu propositio to-
tus epistolae ad Romanos est. Fi-
des iustificat coram deo hominibus
ergo non opera.

DE OPPOSITIOE

Quid est oppositio. Est duarum
propositionum in quibus eadem sub-
iecta et praedicata inueniunt dissonantia.

Quod sunt species oppositionis.
Quatuor, Contrariae, Subcontrariae,
Subalternae, contradictoriae.

Quid sunt contrarie? Sunt duae uniuersales, quarum altera est affirmatiua, altera uero negatiua ut **O**mnis homo est mortalis

Nullus homo est mortalis. Et haec nunquam simul uerae esse possunt, sed eae autem esse possunt si ambo sunt in contingenti materia, ut

Omnis stella sunt maiores terra
Nulla stella est maior terra.

Omnes senes sapiunt
Nullus senex sapit.

Quid sunt subcontrarie? Sunt duae particulares, quarum una est affirmatiua altera uero negatiua ut

Quidam homo supplex orat deum
Quidam homo non supplex orat deum.

Quidam homo est mortalis
Quidam homo non est mortalis.

Et haec possunt simul esse uerae in contingenti materia. ut
Quidam senes sapiunt
Quidam senes non sapiunt.


Quid sunt subalterne? Sunt particularis ex uniuersalibus collatae ut

Omnis homo est mortalis
Quidam homo est mortalis.

Nullus homo est mortalis
Quidam homo est mortalis

Possunt autem et duae singulares esse contrariae ut **A**eneas est pius
Aeneas non est pius.

Item duas indefinitas contra-
 dictiones esse possunt ut volup-
 tates sunt mortales Quodam
 voluptates non sunt mortales
 Pugniant autem inter se acerrime
 nec unquam possunt aut simul esse
 ut hoc subiecta figura clare docet.



DE CONVERSIOE

Quid est conuersio? Est duarum
 propositionum inter se quantum
 ad verborum structuram auinet.

proposita mutatio.

Quod duplex est conuersio. Duplex scilicet conuersio simpliciter et conuersio per accidens.

Quid est conuersio simpliciter? Est quando propositio simpliciter eisdem signis inuenientibus uertitur, et hinc accidere solet uel in propositionibus uniuersalibus negatiuis uel particularibus affirmatiuis. Ut Nulla uirtus est inhonesta.

Nullum inhonestum est uirtus. Quidam sacerdotes sunt iusti. Quidam iusti sunt sacerdotes.

Quid est conuersio per accidens?

Est propositio in qua eadem signa non manent sed iuxta subalternarum naturam et uniuersalibus colliguntur particularia, ut accidere solet in uniuersali affirmatiua et particulari affirmatiua. Ut Omnis homo est animal.

Quotam animal est homo. Omnis iustus est particeps regni dei.

Quidam particeps regni dei est iustus.

NOTABLE

Notandum est quod in conuersionibus maior uis mox signis negatiuis quam affirmatiuis. Signa enim affirmatiua in uniuersalibus repeti non possunt negatiua uero repetuntur, ut

Nullus christianus est conuiciator
Nullus conuiciator est christianus

Aliud notabile de usu conuersionis.

Conuersionis usus est plerumque
in epiphonematis, et seruetur saepe
conuersione probationibus, propterea
et obscura propositiones per illam
illucstrantur.

DE AEQUIPOLLE TIIS

Quid est aequi-pollentia? Est
consensus duarum propositionum
diuersis uerbis enunciatarum ut

Nemo non amat pecuniam,
consentit cum illa, Omnes amant
autem pecuniam

Nemo non uoluptate trahitur,
consentit cum illa, Trahitur sua
quorumque uoluptas.

Omnis forma periculosa est ad
tutandam pecuniam

Nulla non forma periculosa est
ad tutandam pudicitiam.

DE MODALI PRO POSITIONE. §

Quid est propositio modalis? Est
in qua aliqua harum uocum necesse
non necesse, possibile, impossibile po-
sita reperitur. *ut*

Christianos in hoc seculo necesse est
mala pati. *Item.*

Impossibile est sine fide quamquam
placere deo.

DE ARGUMENTATIONE ET EIUS VSU

Quid est argumentatio? Est
inductio propositio de qua om-
nigiter probatio.

Quis est usus argumentationis?
Est ut ad eius formam tanquam ad
regulam quandam causarum argu-
menta referamus in iudicando de
illorum coherentia non ut illis uti-
mur in dicendo aut scribendo iuxta

Dialecticos nudum prescribunt,
Concipit enim Dialectica argumen-
tum quam potest simplicissime et
uicinate tanquam, in dicendo autem
utendum est copia et elegantia; Sic
Cicero in oratione pro Milone lon-
ga utitur argumentatione

Vim ui repellere licet.

Milo occidens Clodium uim repellit
ui.

Igitur Milo iure Clodium occidit.

Hanc argumentationem copia
uariisq; adornauit Cicero uerbis.

Ad hunc modum si quis uelit probe
intelligere septimum, septimum, et oct-
auum ad Romanos caput hac utatur
argumentatione

Dicit iustificatos bona habere ope-
ra

Vos estis iustificati

Igitur docet uos habere bona ope-
ra

Quamquam haec sum-
ma sit iam dicto tum capitulum, tamen
non Paulus non simpliciter utitur
utitur his uerbis sed multis alijs
hanc argumentationem amplifi-
cat. Huic simile est si quis
summam quarti capitis in hac
contrahat argumentationem.

Quicquid iram operatur non
iustificat

Lex operatur iram

Ergo lex non iustificat.

Item

Omne id quod conscientias
facit dubitantes non iustificat

Lex facit dubitantes conscientias

Ergo Lex non iustificat.

Quod sunt species argumentati-
onis. Quatuor, Syllogismus,
Inductio, Enthymema et op-
implum.

DE SYLLOGIS

MO

Quid est syllogismus. Est

quatio in qua ex duabus propositionibus
necessario sequitur conclusio. ut
Veritas dei est utilis et digna cog-
nitione.

Philosophia christiana d' ueritas
dei.

Ergo philosophia christiana est
utilis et digna cognitione.

Quod sunt termini syllogismi?
Tres, scilicet Maior, Minor, et
Medius.

Quis est Maior? Est qui in pri-
ore tantum propositione ponitur
ut Omnis christianus pla-
cet deo.

Quis est minor? Est qui tantum
in posteriore ponitur propo-
sitione. ut Petrus credit in christ-
um.

Quis est medius? Est qui in
utraq[ue] propositione usurpatur ut
Ergo Petrus placet Deo.

Appendix.

Ex tribus terminis fiunt duae
propositiones ex quibus conclu-
sio nascitur ut.

Virtus in hoc mundo laet homines
Iusticia est uirtus in hoc mun-
do existens

Ergo Iusticia laet homines.

Virtus in hoc Syllogismo est
medius terminus qui positi-
bis ante conclusionem coniungit
reliquos duos terminos Iusticia
scilicet laetare homines.

DE REGVLIS CONTRAVANOS ET INVITILES SYLLOGIS

mos

1 **Q**uae est prima regula contra uanos et inuitiles syllogismos. Hoc est.

Ex solis negatiuis non potest effici syllogismus, vt

Nulla uirtus est inhonesta

Nulla Iniusticia est uirtus

Ergo Nulla Iniusticia est inhonesta. Item.

Nullus asinus loquitur

Nullus homo est asinus

Ergo Nullus asinus loquitur.

2 **Q**uae est secunda regula. Hoc est

Ex solis particularibus non potest effici syllogismus, Quamquam enim aliquando casu inde uera conclusio sequitur, tamen id non est proprium. vt

Quidam homines sunt caeci

Petrus est homo

Ergo Petrus est caecus

Quotiam animal est homo

Asinus est animal

Ergo Asinus est homo.

Exemplum huius quod casu
non unquam ex particularibus
solum sequitur con-
clusio 3

Nullum animal excepto homine
ratione est praeditum

Nullus lapis est animal

Ergo nullus lapis ratione praeditus est.

Item

Quaedam virtus est beneficentia

Iusticia est uirtus

Ergo Iusticia est beneficentia.

3 **Q**uor est tertia? Hoc est. In
Syllogismo non debent esse plures
termini quam tres. Nam haec
ratiocinatio non docet eo quod no
cohaereat ut

Fortes non uincunt nisi a fortiori
bus

Hanibal et Asdrubal fuerunt fra
tres

Ergo Hanibal et Asdrubal non
sunt nisi a fortioribus uicti.

Quatuor sunt hic termini fortes
a fortioribus, Hanibal et Asdrubal,
et fuerunt fratres. Item.

Omnes magistratus debent uim
iniustam ui prohibere

Petrus est Apostolus

Ergo Petrus debet ferro uim a obruto
depellere.

Et hic quatuor sunt
termini Magistratus ui prohibere
uim, Petrus et apostolus.

4 **Q**uor est quarta? Et amphibo
lis non debent fieri Syllogismi ut
Sacerdotes ueteris testamenti sa
crificauerunt exteris uictis & peccatis.

Homines christiani sunt sacerdo-
tes.
Ergo homines christiani facien-
tibus cabunt eternas uictimas pro
peccatis. Hic et amphibologia
quatuor sunt termini, Nam in
maiore Sacerdotes ad Moysi ro-
num spectant quod nunc esse scilicet
In minore, Sacerdotes noui Testa-
menti intelliguntur et sunt spi-
rituales offerentes spiritualis ho-
stias.

Quod est quinta. Hoc est, Ex
confusione substantiarum et accidens-
tis non possunt colligi ueri Syllo-
gismi ut

Omnia omnia quae gerant uondibilia
Album omnia

Ergo Album erat uondibile. Hic
sub uoce omnia quae nihil excludit
tanquam sub uocabulo Substan-
tiae unum ad intelligit quod omni-
tur, Album acci-
dentis est.

Item.

Quicquid omnia comodicti
Crudum omnia

Ergo Crudum comodicti, Hic
quicquid substantiae, Crudum
est accidentis.

Item.

Quod non perdidisti habes
Cornua non perdidisti

Ergo Cornua habes. In
hoc syllogismo Quod est nomen
Substantiae, Crudum uel
accidentis.

DE FIGVRIS SYL LOGISMORVM

Quod sunt figurae syllogismorum?
 Tres, Prima, Secunda, tertia.

Quid est figura? Est simplicissima
 accommodatio causarum ad conclusionem.

De modis syllogismo- rum.

Quod sunt modi syllogismorum?
 Sunt uocabula per se nihil signifi-
 cantia sed ad eorum nomenclatura-
 ram syllogismi disponuntur.

Quot de figuris sunt modi? Quae
 Inferiam. Vniuersales, particu-
 lares, Affirmatiui, Negatiui.

Quibus signis notantur modi?
 Quatuor uocalibus scilicet A e i o.

Quis modorum notatur per uoca-
 lem A? Vniuersalis affirmatiuus.

Quis notatur per uocalem e?
 Vniuersalis negatiuus.

Quis per uocalem i? Particu-
 laris affirmatiuus.

Quis per uocalem o? Particu-
 laris negatiuus.

Quod sunt obseruanda circa dis-
 positionem syllogismorum? Duo
 sunt, Primo

Conclusio semper fit particularis
 si altera propositionum particularis
 sit.

Secundo.

Conditio semper sit negativa si al
tera propositioum negativa est
icit.

Quod sunt modi primae figurae.
Quatuor, Eui, Barbara, celarent,
Darii, ferio.

DE SYLLOGIS MIS PRIMAE FIGU RAE

Ex quibus componitur prima figura
Syllogismus. Ex uocabulis magis
communibus et minus communibus.

Quae sunt uocabula magis comu
nia. Sunt genera ut Animal,
Homo.

Quae sunt uocabula minus comu
nia. Sunt species ut Hic homo,
Petrus, Leo, Lupus et similia.

Exemplum primae figu
rae et primi modi.

Omnis arbor habet radicem
Omnis pirus est arbor
Igitur Omnis pirus habet radicem

Aliud.

Omne quod est animal
Omnes leges magistratum sunt
diuina oracula
Igitur Omnes leges sunt colendae.

In hoc Syllogismo res diuina est uocabulum magis commune. Lex magis generatum est uocabulum minus commune.

Aliud.

Omne animal est Substantia
Omnis homo est animal
Ergo Omnis homo est Substantia
In hoc Syllogismo Animal est magis commune uocabulum. Homo uero est minus commune uocabulum et est Syllogismus cum precedentibus prima figura et primi modi quia et puris uniuersalibus affirmatiuis concluditur qui significatur per dictionem barbaram.

Exemplum secundi modi.

Nullus affectus procedit sine impetu
Omnes dolores sunt affectus
Ergo Nulli dolores procedunt sine impetu
In hoc Syllogismo affectus est magis commune uocabulum. Dolor autem est minus commune uocabulum et est Syllogismus prima figura secundi modi concludens ex duobus uniuersalibus negatiuis et una uniuersali affirmatiua et notatur per dictionem celarem.

Exemplum tertij modi.

Omnis homo corde de peccatis dolens gratiam consequitur

Petrus est homo

Ergo Petrus corde de peccatis datus
gratiam consequitur.

In hoc syllogismo homo est uocabulum
magis commune Petrus autem uo-
cabulum minus commune et est syllo-
gismus primæ figuræ et tertij mo-
di. Cuius conclusio uniuersali affir-
mativa et duabus particularijs
affirmatiuis et notatur dictione
darii -

Exemplum quarti modi

Nemo malus uenit ad lucem

Fures sunt mali

Ergo fures non ueniunt ad lucem.

In hoc syllogismo malus est magis
commune uocabulum fures autem
uocabulum minus commune et est
syllogismus primæ figuræ et quarti
modi quia conclusio ex uniuersali
negatiua per particulari affirmatiua
et particulari negatiua et notatur
per dictionem ferio.

DE SYLLOGISMIS SECUNDÆ FI- GURÆ

Quæ est secunda figuræ syllogismo-
rum. Est in qua medium in

maiore et minore predicatum est.

Quod sunt modi secundae figure?
Quatuor

Quis est primus? Est qui con-
stat maiore uniuersali negatiua
et minore uniuersali affirmatiua
et conclusione uniuersali negati-
ua et notatur per dictionem co-
sara.

Quis est secundus? Est qui con-
stat maiore uniuersali affirmati-
ua et minore uniuersali negatiua
et conclusione uniuersali negatiua et
notatur per dictionem canis tres.

Quis est tertius? Est qui constat
maiore uniuersali negatiua et mino-
re particulari affirmatiua et conclusi-
one particulari negatiua et notatur
per dictionem factino.

Quis est quartus? Est qui constat
maiore uniuersali affirmatiua et
minore particulari negatiua et con-
clusionem particulari negatiua et no-
tatur per dictionem baroco. **Est**
illud notandum quod in hac figura
conclusio semper est negatiua.

Quis est usus Syllogismorum huius
figure? Usus eorum est in argu-
mentis coniecturalibus et in deli-
berationibus.

Ex quibus possunt componi syllo-
gismi huius figure? Ex duobus.
Primo ex officijs seu effectibus

cadunt in personas . . Secundo Ex
preiudicio coniunctionum causalium
q̄ effectum causas prohibent .

DE FORMA DISPOSI TIONIS SYLLOGIS MOR. SECVN. FIGV:

Quae est forma dispositionis syllo
gismorum secundae figurae . **H**oc
est . In subiecto maioris uox ponit
cuius effectum seu officium ponit in
predicato maioris et hic effectus est
contrarius effectui minoris predi
cato . In subiecto minoris locabit
uocem contrariam uoci posita in sub
iecto maioris . In predicato mino
ris ponit effectum seu officium sub
iecti minoris . et hic effectus erit
contrarius effectui in maioris pro
dicato . Deinde addas conclusionem
om̄ q̄ indicabit contraria subiecta
in utraq̄ propositione et sic habet
secundae figurae syllogismum . **E**st
haec dispositio generatis formis
comunitariis syllogis q̄ abesse
aliquid ad non esse referunt .

Exemplum secundae figu rae et primi modi

Nulli impij possidebunt regnum dei

Ommes iij possidebunt regnum dei

Ergo Nulli iij sunt impij .

Subiectum maioris est uox impij
effectus qui sequitur impij est in

predicato maioris, nimirum no
 possidere regnum dei, et hic effe-
 ctus est contrarius effectui in
 predicato minoris. **In** minoris
 subiecto est huius uox contraria uoci
 in subiecto maioris. **In** predica-
 to minoris est effectus qui mane-
 bit p̄ior uidelicet possessio regni
 dei, et hic effectus est contrarius
 effectui in predicato maioris. **In**
 sequitur necessaria conclusio q̄
 continet uoces subiecti in utraq̄
 propositione contrarias. **Ad** hunc
 modum iudicandum est de reli-
 quis modis syllogismorum huius
 secundae figurae.

Aliud exemplum.

Nullus qui puro est corde deum
 uidebit
 Omnis qui puro est corde uide-
 bit deum
 Ergo Nullus qui puro est corde est
 corde impuro.

Aliud.

Nemo christianus loquitur magis
 tratum
 Omnes seditiosi loquuntur magis
 tratum.
 Ergo Nulli seditiosi sunt christi-
 ani.

Exemplum secundum modi.

Omnes mali odorant iusticiam
 Nulli boni odorant iusticiam
 Ergo Nulli boni sunt mali.

Aliud

Omnes christiani colunt magistra-
tus
Nulli seditiosi colunt magistratus
Ergo Nulli seditiosi sunt christia-
ni

Aliud

Omnes studiosi amant artes
Nulli ignavi amant artes
Ergo Nulli ignavi sunt studiosi

Exemplum tertij modi

Nemo deditus luxui est studiosus
bonarum artium
Caelius est studiosus bonarum ar-
tium
Ergo Caelius non est deditus luxui

*Exempla quarti
modi*

Omnes qui uolunt pie uiuere perse-
cutionem patientur
Hypochrite non patientur persecu-
tionem
Ergo Hypochrite non uolunt pie
uiuere

Aliud

Omnes qui ex Deo sunt uerbum
dei audiunt
Pseudochristiani uerbum dei
non audiunt
Ergo Pseudochristiani non sunt
ex deo

Aliud

Omnes qui ueri librorum sunt fi-
lius librarius

Phariseos non liberauit filius
Ergo pharisei non sunt veri
liberi

FARRAGO VOCVM CO

TRARIARVA VNA CVM SVIS. IF

et libus ex quibus possunt colligi
secundum figuras syllo-
gismi g.

Virtus cuius effectus est inclinare
ad recte agendum

Vitium cuius effectus est a bono et
recto auertere.

Iusticia cuius effectus est unicuique
dare quod suum est

Iniusticia cuius effectus est non
dare unicuique quod suum est.

Lex cuius effectus est turbare consci-
entias.

Evangelium cuius effectus est con-
solari conscientias.

NS. **Fides** cuius est iustificare

Opera quorum effectus est non ius-
tificare.

Prudentia cuius effectus est futura
cogitare verum inquirere

Imprudencia cuius effectus est non
cogitare futura nec verum inqui-
rere.

Probus cuius est nemini nocere.

Improbis cuius est omnibus nocere.

Fortis cuius effectus est vincere suos
affectus rebus in omnibus

Effeminatus cuius effectus est affectibus indulgere pro libidine in omnibus.

Modestia cuius effectus est in dictis atque factis modum et ordinem servare.

Immodestia cuius effectus est in dictis atque factis neque modum neque ordinem servare.

Studiosus cuius est amare literas.

Ignavus cuius est odire literas.

Ex hac farragine facile est secundae figurae syllogismos, si duas contrarias voces sumas iuxta regulam supra traditam.

Comprehenduntur itaque modi primo et secundo de figurae duobus his versibus.

Barbara. clarior primae davis

Forioq;

Cesare, cames tres, festino, baro
et secundo.

DE SYLLOGISMIS

TERTIAE FIGURAE:

RAE:

Quid est tertia figura? Est in qua medium ponitur subiecti loco in maiore et minore.

Quid est notandum circa hanc figuram? Hae duo. *Primo.* Quaedam huius figurae syllogismi non tam meliter coherent ut supriorum et quaedam

facile intelligi potest. si syllogismus in
 enthymema mutetur. *Secundo*
 Quod omnes conclusiones huius fi-
 guræ sunt particulares.
 Quod sunt modi tertie figuræ.
 Sisy, Cui, Darapti, Felapton,
 Disamis, Datisi, Bocardo, Feri
 Son.

*Exemplum primi
 modi: 3*

Omnis superbia habet calamitosos ex-
 itus
 Omnis superbia oritur ex secundis
 rebus
 Ergo sæpe res secundæ habent cala-
 mitosos exitus.

*Exemplum secundi
 modi: 3*

Nulla virtus est fugienda
 Omnis virtus paratur labore
 Ergo Quidam labor non est fugiendus.

*Exemplum quarti
 modi: 3*

Ius naturale concedit vim in depelle-
 re
 Omne ius naturale est inq. diuinum
 Ergo Ius diuinum concedit vim
 in depellere.

*Exemplum quinti
 modi: 3*

Omnia cognitio uirtutum necessaria est
oratori

Cognitio uirtutum est philosophia
Ergo philosophia est necessaria oratori.

Exemplum quinti

modi . 5 .

Prouocatio non est prohibita christianis
nam Paulus ea utitur

Omnia prouocatio est contendere in iudicio

Ergo contendere in iudicio non est
prohibitum christianis -

Exemplum sexti

modi . 6 .

Nullae ueteres leges sunt in rebus publicis
et in deo

Pluresque ueteres leges habent aliquid
iuris

Ergo quaedam iura non sunt tollenda
in rebus publicis .

DE SYLLOGISMO EX POSITO

Quid est syllogismus expositiuis .

Est in quo medium est singulare in
utraq[ue] propositione .

Quis est usus huius syllogismi .

Ufus eius est in argumentis ab exemplis
ductis cum per exempla aliquid
probamus aut illustramus .

Quid est obseruandum circa syllo-
gismum expositiuis . Hoc

De servandum quod in predicato mi-
noris semper ponitur persona aut res
ad quam accomodat^r exemplum . Vt

Rogulus servavit hostibus fidem

Rogulus fuit romanus

Ergo Omnes Romani hostibus ser-
vabunt fidem.

Hic videtur licet predicatum minoris
personam esse ad quam exemplum
accomodat^r

Aliud .

Abrabam est iustificatus fide

Abrabam fuit homo

Ergo homines iustificant^r fide .

Aliud

Paulus nihil sibi conscius tamen non
iustificatus

Paulus fuit pius

Ergo Nulli sibi etiam nihil sibi consci
vunt iustificati .

Aliud .

Pauli provocatio erat licita

Pauli provocatio est contendere in iu-
ditio

Ergo contendere in iudicio est licitum .

Aliud

David propria habendo non peccavit

David fuit christianus

Ergo christiani non peccant habendo
propria

Plato non est asinus

Plato loquitur

Ergo qui loquitur quod loquitur non est asinus

Aliud

Petrus non gessit imperium seu nihil
constituit de civili administratione reg-
norum

Petrus gessit claves a christo traditas

Ergo Claves a christo tradite non sunt
quod imperium aut regna christi
constituerunt.

**DE MATERIA AD
SYLLOGISMVM EX
POSITORIVM NECESSA-
RIA**

Quoniam syllogismi expositivi
plurimum ab exemplis trahuntur non
erit ab re aliqua exemplum in prom-
ptu habere ad quorum formam illi
componantur. Est igitur primum ex-
emplum.

Abraham ut liberaret Lot bellum
gessit cum quinque regibus

Abraham fuit christianus

Licet ergo christianis bella gerere
pro servando proximo.

Aliud.

Abraham ut se uxorem uxorem suam
uixer uocando illam sororem suam
nuntius est

Abraham fuit christianus

Licet igitur christianis interdum ut
se soruent mentiri.

Aliud.

Dauid coram rege Achis stultitiam
simulauit

Dauid fuit sapiens

Licet igitur sapienti interdum simulam
stultitiam.

Aliud.

Christus passus & multas afflictiones

Christus & filius dei

Ergo filij dei affliguntur.

Aliud.

Uxor Lot Sodomis egressa contra man
datum Angeli securam respiciens in
statuam salis & conuersa

Uxor Lot fuit securam

Ergo Securitas & periculo sa.

Aliud.

Iacob nullo & usus dolo sed exiit fideliter
et simpliciter omnia

Iacob fuit pius

Ergo Pius sunt omnia fideliter et sim
pliciter agenda cum illis qd eos decipere
moliuntur.

Aliud.

Labam plenus timore inijt. foras
cum Jacob.

Labam fuit hipocrita.

Ergo hipocrite non carent timore.

Aliud

Dina ducta curiositate opinit spectati
mulieres Sichimitarum et incidit
in scortationem

Dina fuit curiosa

Ergo curiositas d' causa scortationis.

Aliud

Fab. maximus seruanit urbem
romam

Fab. Maximus fuit contator

Ergo contatio seruas respub.

DE ENTHYME MATE

Quid est Enthymema? Est Syllogis-
mus mutilatus. Vel d' cogitatio cum ad-
iecta sententia uel ratione.

Quare dicitur mutilatus Syllogismus?
Quia altera propositionem omittitur.

**Quot de causis in Enthymematē omitti-
tur altera propositionum?** Duabus de
causis. Primo breuitatis causa cum odio
sum et longum uidetur recitare propo-
sitionem q' se ulro offert. Secundo
cum propositio parum firma uidetur ut
proferri non oportet ut

Alexander est ebrius

Igitur parum stronuue. Nam
protermissa propositio infirma est
etiosi non sunt ebriui.

Ex quibus constat enthymema.
Constat ex signis testo Aristotele quia
tunc maxime usurpantur enthymema
mata quando a signis ducuntur argu-
menta in quibus necesse est aliquam
propositionem infirmam ut recumle pro-
termittere.

Quis est usus enthymematis? Usus
enthymematum est in argumentis con-
iecturalibus in quibus ex inducta altera
propositionum quae infirmior videtur
omittitur.

Quot sunt partes enthymematis? Duo
sunt Antecedens et consequens sicut con-
sequentia.

Quid est Antecedens? Est prior pro-
positio uel ex maiore uel minore.

Quid est consequens? Est ista conclu-
sio.

Quae sunt obseruanda circa enthy-
mema? Haec. Primo diligenter
est obseruandum quid negandum sit
quis uero affirmandum, aliquando uero
antecedens negandum est interdum uero
consequentia. Secundo est obseruandum
quod in enthymemate aliquando
maior dicitur nonnunquam minor dicitur.

**Exemplum ubi antece-
dens est negandum.**
Poetae docent inutilia

Ergo Plato iure eiecit eos e ciuitate .

**Exemplum ubi con-
sequenda est neganda**

Episcopi non iure gubernant ecclesias

Ergo licet populo cogero vos armis ad ubi
candos episcopatus .

**Exemplum ubi maior
deest . §**

Ebrietas mala d

Igitur est uitanda . Huius maior
d . Omne malum e uitandum .

**Exemplum ubi ma-
ior deest . §**

Vim ui repellere licet

Igitur Clodius iure coesus d a Milone

Huius minor d Milo vim Clodij repulit .

**EXEMPLVM . SEV .
MATERIA . ENTHIME
MATVM §**

Nulla salus bello

Igitur pacem te poseimus omnes .

Aliud .

Deus promittit nouum testamentum

Igitur deus significat se uetus abro
gaturam esse .

Aliud

Christi regnum dicitur eternum.

Ergo Christi regnum non dicitur
regnum quod aliquando futurum sit
habitandum.

Aliud.

Christus est sacerdos secundum ordi-
nem Melchizedec.

Ergo non dicitur sacerdos secundum ordi-
nem Aharon.

Aliud

Preziosa est mors sanctorum
Ergo anime non intereunt.

Aliud.

Deus dicitur iustus
Ergo non est auctor peccati.

Aliud

Artium magister est usus
Ergo Diligentia acquiruntur artes.

Aliud.

Qui ex Deo sunt audiunt verbum dei
Ergo Qui non audiunt verbum dei
non sunt ex Deo.

Aliud

Virtus dicitur laudanda
Igitur vitium dicitur vituperandum.

Aliud.

Virtus laudatur ex alio
Igitur vitium vituperatur et abundat.

Aliud.

Sapientia dominatur astris
Ergo Insipientia regitur astris.

DE INDUCTIONE

Quid est Inductio? Est propositio
universalis ex multis singularibus con-
secta. Vel est Syllogismus inversus
quia hic non ex universaliibus ut in
reliquis superioribus Syllogismis colligi-
mus, sed ex singularibus universalis.

Quis est usus inductionis? Quis in
ductionis est apud autores in citandis
exemplis cum non unum sed plura exem-
pla utantur ex quibus una colligitur
propositio universalis.

**Quid est observandum circa inductio-
nem?** Observandum est in inductio-
ne ne dissimilia exempla posantur ut po-
riri aut opponi, non potest enim
universalis propositio effici ex singu-
laribus nisi inter se consonent.

**Quomodo potest inductio confutari
ac dissolvi?** Hoc modo Si dissimi-
le exemplum opponitur aut opponi
potest. Ut

Atanasius fuit coeleps

Ambrosius fuit coeleps

Item Omnes episcopi fuerunt co-
eleps. **H**oc inductio confutari so-
let per contraria exempla, hoc modo.

Spiridon fuit episcopus et maritus

Helarius fuit episcopus et u. arit. 109
Ergo Non omnes episcopi fuerunt
coelstus.

**MATERIA INDUC
TIONIS SEV EXEPLA**

Dionisius tyrannus dedit poenas suas
crudelitatis.
Phalaris dedit poenas suas crudelitatis
Nero quoq; dedit poenas crudelitatis suas
Nec possunt reponi dissimilia exem
pla
Ergo Omnium tyrannorum status
sunt tristes.

Aliud.

Vinum romanum calefacit
Vinum creticum calefacit
Vinum quoq; reticum calefacit. Nec
constat ullum uini genus diuersam ha
bere uim.
Ergo Omne uinum calefacit.

Aliud.

Milciados athenienses pro magnis be
neficijs in gratitudinem accepit
Thomiocetes pro suis beneficijs accepit
in gratitudinem
Cetero pro beneficijs magnis accepit
magnam in gratitudinem
Igitur Omnia magna beneficia in
gratitudo sequitur.

Aliud.

Adam propter peccatum punitus a deo
Cham propter peccatum d' puniit a deo
Sodomitas quoq' propter peccata sunt puniti
Ergo Omnes peccatores a deo puniuntur
propter sua peccata.

Aliud.

Abolon dedit poenas seditionis contra
patrem

Amon dedit poenas seditionis contra patrem

Est pleriq' alijs deditur poenas seditionis
contra suos parentes

Ergo Omnes q' contra suos parentes
sunt seditionis dabitur poenas seditionis.

DE EXEMPLO

Quid est exemplum? Est accommodatio
similitudinis a persona ad personam.
Nam. Neq' abhorret a forma orationis
matis.

In quo exemplum est efficacius in
persuaadendo an in probando? Efficacius
est in persuadendo.

Quis est usus exempli? Usus eius est
in collatione personarum a simili.

Quid est observandum primo circa
exemplum? Observandum est quod
similitudo sicut est causa boni con-
sequens ita dissimilitudo est causa
malae consequentiae.

Et a impium regem accidit.

Licit ergo et nobis impijs principibus
imperia eripere. **Hic** dissimilitudo
est nam quod evlva impium regnum
occidit v^o peculiari mandato dei fiat
nobis autem qui tali v^o modo di man
datum a deo non habemus non licet
simile facere.

Quid est observandum secundo. **Ob**
servandum est quod scpe in uno exem
plo plura dissimilita concurrunt idco
acri iudicio dissimilita sunt perspicu
enda. v^o

Christus expulit vi e templo montes
ac vendentes.

Igitur et nobis licet impios sacerdotes
e templo vi eicere qui sacra ad quastu
conferunt. **Hic** multa sunt dissi
milita. Primum enim christus fecit
haec non humana vi sed potentia spiri
tuali qua sensu se diuinitus moueri, qu
unus vir non poterat humanaq^{ue} uit
tantam turbam. Sec^ondam praesidio ro
mano. ex templo eicere, quia igitur
diuina vi eicit, idco praesidio opus dei
fuit, quod nos sine mandato dei neq^{ue} imi
tare possumus neq^{ue} debemus. **Deinde**
dissimilitudo quia christus erat huius
populi dominus et rex, igitur licuit vi
ut domino atq^{ue} regi in suo regno puni
re sentos, nobis itam non licet quia
nec domini nec reges sumus.

PARADIGMATA VE RI EXEMPLI

Abraham bellum gessit pro salute proximi
Igitur et Christiani bellum gerere possunt
pro seruando proximo.

Aliud

Cbristocopus in animam suam pro nobis
Igitur et nos debemus animas nostras
pro fratribus ponere.

Aliud.

Cham maledictus quia contumelia
affecit patrem
Igitur et filij quicumque maledicuntur
si patres suos contumelia affecerint.

Aliud.

Abraham poenas dedit contemptri patris
Ergo poenas dabunt omnes filij quot
quod patres suos contempnunt.

DE SORTITIS

Quid est sortitus ? Est coaccensio
verborum necessario coherrentium.

Ex quibus uerbis conctitur sortitus ?
Ex generibus, speciebus, et actibus et ijs
cognatis.

Quare in definitione sortitis dicitur neces-
sario coherrentium ? Ideo quia si uerba
non necessario coherrent sortitus non ualeat.

**Exempla bonorum
titulorum**

Christus est sacerdos secundum ordi-
nem Melchisedech
Melchisedech maior Abrahamo
Abraham est maior quam Levi
Igitur Christus sacerdotium habet
maius et officium sacerdotio Leviticis.

Aliud.

Orium parit luxum
Luxus parit inopiam
Inopia latrocinia et furta parit
Ergo orium latrocinia et furta parit.

Aliud

Voyatio dat intellectum et cognitionem
nostrae miseriae
Cognitio nostrae miseriae necessaria est
ad poenitentiam
Poenitentia necessaria est ad pietatem
Ergo voyatio seu afflictio necessaria est
ad pietatem.

Aliud.

Omnes erunt salvi qui invocaverint nomen domini
Invocantes nomen domini oportet credere
Credentes oportet audire verbum
Qui verbum audiunt oportet ut
predicatores habeant
Ergo domino salus fiet sine predi-
catione.

**Exemplum iniofor
Socius §**

Spiritus sanctus dat bonas artes

Bonae artes perturbant res pub.

Res pub. perturbatae perunt

Ergo et Spiritus sanctus peribit.

Hic perturbatio rerum pub. non recte tribuitur
artibus tanquam causa, nam effectus
bonarum artium. Perconstruere res pub.
in statu tranquillitatis. Siquidem
decent civilitatem et consuetudinem
per q. servantur res pub. neq. recte colligitur
Spiritus S. periturum.

Aliud

Qui bene legit erit dives

Divites reddunt insolentis

Insolentia ygnit contemptum

Contemptus facit beatos

Ergo Qui bene legit erit beatus.

Hic verbum legit amphibolum est
neq. beatitudo est effectus contempty
tanquam operis operati, quanquam
verbum per quod contemptus propter
verbum aliquando beatitudinem
sic habetur aut sub spe iam sit
beatus neq. convenit bene legentem
idco esse beatum.

DE LOCIS §

Quid est observandum principio
de locis. - Principio observandum

est quod tractatio de locis non matorum
 am q' ex bonis & profunda autoribus, sed
 ratione inuicem matorum docet,
 v' v' m' p' l' i' gratia. Quoniam oblata de
 fide utrum fides iustificet, hic demo-
 nobunt loci te de matoria quid sit
 scribendum aut quid sit dicendum,
 ea igitur q' de fidei iustificatione
 sunt uel dicenda uel scribenda &
 sacris litteris petenda sunt.

Quid est locus? Est sedes uel in-
 dex argumenti quo nominatur unum
 argumentum sicut petenda ut ut sciamus
 quid in cogitando animus sequi de-
 beat. Vel Locus est index et mo-
 nitor quem sequitur animus cum
 de re aliqua scribendum uel dicendum
 est.

Quod duplices sunt loci? Duplices
 s' personarum et rerum.

Vnde colliguntur loci personarum?
 Colliguntur s' personarum a circumstantiis
 seu accidentibus q' cadunt in perso-
 nas ut Nomen, Virtus, Fortuna,
 Affectio.

Qui sunt loci personarum? Ii
 sunt, patria, Sexus, Parentes,
 Etas, Educatio, Disciplina uel
 institutio, studia, Sodalitas,
 Mores seu ingenium, Res gestae,
 Honor seu conditio vitae, Mors.

ATHIRIA

Da argumenta a patria ducta.

Lantgravinus est curmanus Igitur
integer est.

Svorius est turca. Igitur Louis inuasi-
ctans et insidiosus est.

Ex Aethiopia est haec. Igitur fusca est.

Romanus est. Igitur auarus et super-
bibus est.

Ex Italia est. Igitur Libidinosus est.

Cretensis est. Igitur mordax est.

Phryg est. Igitur obliuiosus est.

A. SE. XV.

Da argumenta a Sepu ducta.

Vir est. Igitur grauis et constantis est.

Vir est. Igitur ad bellum seu ad pug-
nam aptus est.

Vir est. Igitur ecclesiam praeficiendus est.

Mulier est. Igitur hinc est et nuda
est nec apta ad pugnam sed potius ad
riyam. **Item**

Mulier est. Igitur verbosa et clamorosa
est, mordax est.

Mulier est. Igitur ecclesiam non est
praeficienda. Intra illud Mulieri in
ecclesia docere non permittitur.

Mulier est. Ideo fragilis est, uero recitata
iudica est.

A. PARENTIBUS

Da argum^{ta} a parentibus dicitur
 Themistocles prudens fuit bellator
 Ideo filius eius prudens bellator est.
 Petrus patrem habuit prudentem pro
 ditum Igitur Petrus e prudens.
 Fortes creantur fortibus et bonis
 Est in aquis e in iuvencis parrum
 virtus hoc symbolum ferens pro ge
 norant Aquila columbam.

AB. ETATE §

Puer est Igitur non prudens est.
 Infans est Igitur loqui nescit
 Adolescens e Igitur ad precandum pro
 elius est.
 Princeps bonorum e Igitur rectis consi
 liis regere nescit.

AB. EDUCATIONE

Alexander Magnus Leonidem tomii
 lentum habuit proceptorem
 Igitur et ipse tomulentus fuit
 Joannes delicate educatus e
 Ideo vitæ asperitatem abhorret.

A. DISCIPLINA

Quod M. Cicero doctus evasit non e
mirum. Nam Cratippum habuit
proceptorum itaq; Arhonic.

Nominum habuit qui in haretis et
in haretis moribus

Igitur insolens et ineptus est

A. STUDIIS. §.

Studium est ad quod quisq; a natura
propensus est.

Philosophus dicitur Igitur nihil fuit pre-
cuniam.

Poeta est Igitur Euclidibus et haret!

Horat!

Pectoribus atq; boeticis quilibet mundandi
semper fuit. Equa potestas.

Sutor est Igitur quercus corium.

Pastor Corydon amat ovis

Igitur non curat quid et allathera
nata.

A. SODALICIS §.

Apolonius philosophus semper con-
versatus e cum philosophis

Non igitur mirum e quod in se quis
philosophus evasit.

Ioanni semper fuit familiaritas
cum sapientibus

Igitur sapiens est.

Qui aduiniq[ue] se dultro similis ei
offertur.

Cato cum dicitur habuit consue-
tudinam

Igitur a prior[um] affectus est.

**A MORIBVS SEV INGE-
NIO ET SPECTATA HIC**

locus ad naturalom in
Iohem.

Ulysses semper magnificus homini-
das

Igitur Atiam occidit

Veros reus est roborandorum

Eo quod a natura aliena rei cupidus
fuit.

A REBVS GESTIS

Sunt autem rerum gestarum alie
turpes alie decoro, alie honoribus,
alie intransitorie, alie utiles, alie in-
uites. vlt

Rex Gallie semper manu inuicta
bulla

Igitur dignus est ut regno suo tollat

Scipio in isto bello Africam domuit

Dignus igitur fuit ut a suis ciuibus
honorifice tractetur.

Turca semper magis dolo quam virtute
doctos suos vincit.

Quare contra eum magis dolo quam
virtute utendum est.

Georgius a Fronsperg foliatur semper
pugnauit.

Igitur Turcicum bellum si in super
ris esset ut comitendum foret.

A. GENERE. VIIA. §

Iurisconsultus est. Igitur docet eum
ut quod iustum est iudicet.

Princeps est. Igitur docet eum ut
subsidios honestis legibus ut sanis
consilijs gubernet.

Sacerdos est. Oportet ergo te sacra
curare.

Subditus est. Ideo necesse est ma
gistratui obedias.

A. MORTE §

Ad argumenta quae a morte si alicuius
trahuntur pertinent ea quae circa mor
tem vel in morte aut etiam post
mortem alicui contigerunt. Et

Andreas apostolus eum saluando
in fide et confessione christi vitam
suam clausit.

Igitur cum christo in aeterna for
tunato vivit.

Paulus moriendo inuocauit nomen
Iesu.

Igitur salutem eternam consequitur.
 Latro in cruce et iam morti cruci-
 gus christum credidit esse filium
 d.ri.
 Igitur in paradysum est receptus.
 Judas proditor christi laqueo se
 suspendit et desperavit
 Igitur damnatus est in eternum.

DE LOCIS RERVM

Rexum loci sunt definitio, De-
 finitum, Genus, Species, Proprium,
 Differentia, etymologia, coniuga-
 ta, causa efficiens, causa forma-
 lis, causa materialis, causa fi-
 nis. Antecedens, Consequens, Totu-
 Parte. Similitudo, Par, maior, mi-
 nor, Opposita, Contraria ex qualitate,
 Contraria ex relatione, Contraria per
 privationem, Contraria propositionu.
 Diversa seu disparia, Exemplum,
 Autoritas. Signum, ut discernitur
 usu et assidua perceptione bonorum aut
 rum facilius quam preceptis nisi
 legendo, scribendo, et disputando con-
 firmantur nihil sunt.

A. DEFINITIONE

Quot modis sumuntur argumenta
 a definitione. Duobus, Affirma-
 tive et negative.
 Affirmative. ut
 Bellum e iudicatum a superior magistratu

aliudque latrocinium.
Vindicare latrocinium licitum & christi-
anis licet christianis gerere bellum.

Aliud.
Omne quod ab inhoneſto auocat est co-
lendum.

Matrimonium e quod auocat ab in-
honesto dum inprudet stuprum. ſimulq
est utile ad procreandam ſobolem.

Ergo Matrimonium est colendum.

Aliud.
Euangelium est uerbum gratia dei
et humanae ſalutis.

Peccatores indigent gratia et peccatis
ſalute.

Igitur peccatoribus et peccatis euan-
gelium est predicandum.

Negative.
Religio est uerus et ſincerus dei cultus
Eientes non colunt uere deum.

Igitur Eientes non habent religionem.

Aliud.
Predicatio euangelij est predicatio
gloriae christi.

Papistae non praedicant gloriam chris-
ti.

Ergo Papistae non habent predica-
tionem euangelij.

Aliud.
Baptismus est lauacrum regenerationis.

et renovationis per spiritum sanctum
 Anabaptistae non credunt baptismum
 esse regenerationis lauacrum
 Ergo Anabaptistae non habent bap-
 tismum.

A DEFINITO §

Christus est sacerdos aeternus
 Sacerdotis est precibus placare deum
 Ergo Christus assidue incessanter
 placat precibus suis nobis deum.

Aliud

Christianus est rex in spirituali christi
 regno
 Rex est esse dominum
 Igitur christianus dominatur super
 peccatum, mortem et diabolum.

Aliud

Homo est animal ratione praeditum
 Ad rationem pertinet honeste agere
 Igitur ad hominem pertinet honeste
 agere.

Regulae

Cui definitio convenit ei convenit
 et definitum et e contra
 Cui adimitur definitio vi adimi-
 tur et definitum et e contra.

A GENERE §

Non tantum a tota definitione du-
 cuntur argumenta sed etiam a partibus

definitionis. Constat autem eorum
Species, et differentiam partes esse
definitionis. Sumuntur igitur ar-
gumenta a genere ad speciem negati-
uam tantum nisi uniuersalis par-
ticula fuerit addita generi ut

Animal non est. Igitur non est
homo.

Virtus non est res mala. Igitur
nec iniusticia.

Nullum animal sequitur in speciem
sui generis. Ergo propter homo in
homi non sequitur debet.

Regula.

Cui adimitur genus ut adimitur
et species.

Appendix

Ad euenire colliguntur quoque affirma-
tiua et negatiua argumenta, appo-
sitiue signis uniuersalibus, dum ut
inquit Philippus argumentatur
a superiore uniuersali ad inferius
ut

Omnis uirtus inclinatur ad recte
agendum

Igitur Iusticia inclinatur ad recte
agendum. Nam ex uniuersali-
bus rite sequuntur particularia.
ut

Omnia animantia spirant

Ergo herbicos spirant.

Idem seruat in aduersis locis
et temporibus. *U*

Drus est ubique. *E*rgo adiecti
omnino hic.

A. SPECIE

Sumuntur et a specie ad genus argu-
menta affirmatiue tantum. *U*

Ignis est. *E*rgo elementum est.

Pomus est. *E*rgo arbor est.

Homo est. *Igitur animal est.*

Philonela est. *I*gitur auis est.

Regula.

Cui tribuitur species ei tribuitur
et genus.

**DE DIFFERENTIA ET
PROPRIO**

Quia paucissima sunt uerba differen-
tia igitur propria res circumscri-
buntur. **P**roprium uero ad tantum
dicimus quod uni rei conuenit. **Q**uia
propter cauendum e ne speciebus
ad scribitur quod illarum non est.

Porro quia hoc proprium cuiusque
speciei facile committitur satis est ad
officia respicere ut non recte dicitur

Grammatica res argumentandi
ars cum soli **D**ialectica propriis sunt
et officio hoc conueniat. Similiter
non recte dicitur equus ridet, cum

cum ridere soluit sit hominis, timi-
re uerum proprium equi.
Quod simpliciter ducuntur argumenta
a differentia seu proprio. Duplex est
affirmatiua et negatiua.

De affirmatiua ? **E**uangelium
consolatur conscientias. **I**gitur est
utilis doctrina.

Aliud

Fides iustificat coram deo.
Igitur conscientiam tranquillam facit.

Aliud

Equus hinnit. **I**gitur lecorum irri-
tat.

De negatiua ? **L**ex operatur iram
Igitur non pacificat conscientias.

Aliud

Episcopi nostri temporis non docent
Non ergo sunt ueri episcopi.

Aliud

Canis non latrat
Igitur non prodit furonem.

AB-ETHIMOLOGIA

Sumuntur interdum argumenta ab
ethimologia uocabuli tum affirma-
tiue tum negatiue. ut

Luctus est. **I**gitur dat unicuique
quod suum est.

Coelebs est. **I**gitur puro corpore est.

Euangelium docetur. **I**gitur aff-
licta conscientia consolantur.

Beneficus est. **I**gitur alijs bono facit.

Abstemius est Igitur non bibit in-
num.

Fragilis est Igitur sua non prodi-
git.

A. CONIUGATIS

Quod est argumentum a coniu-
gatis. Est quando unus ueris de-
rivate aut diversi casus concurrunt.
vt

Prudenter res aggredditur. Est ergo
prudens.

Sapienter et cum consilio rem peregit
Igitur sapiens fuit.

Moneta hinc Cesaris habet effigiem
Ergo pertinet ad cesarem.

Homo est imago dei. Igitur pertinet
ad deum.

Hannibal pugnavit fortiter. Fuit
igitur uir fortis.

A. CAUSIS

Et primum ab efficiente
causa.

Quod duplicia cadunt argumenta ab
efficiente causa. Duplicia. Affirma-
tiva et negativa. vt

Magistratus est ordinatio diuina

Igitur magistratus est colendus.

Leges civiles sunt ordinatae ut vita ho-
minum in honestate et tranquillitate
esse possit.

igitur magno sunt in precio habende.

Fides iustificat eos coram deo.

igitur est optanda.

Christus est communis salus omnium
credentium.

ergo est amandus.

Observanda circa locum a causa efficiente.

Quid est causa? Est qua posita sequi-
tur effectus et non posita non potest
istud effectus.

Quod dupliciter accipitur nomen cause?
Dupliciter. per se et per accidens.

Potest nec causa per accidens firmum
duci argumentum? Non, sed coniect-
ura inde sumitur.

Quid est efficiens causa? Est a quo pri-
mo fit motus.

Possunt ne animus rei esse multa efficien-
tia? Possunt sed ut ordinis quodam sunt
coniuncta. Ut Deus pater, mater, procre-
ant hominum.

In argumentando a causa efficiente quod
est observandum? Observandum debet ut
a causa remotiore ducatur argumentum
omnino prioribus.

Quoduplicia sunt efficiencia? Dupli-
cia. Principalia et minus principalia
ut faber et malleus.

Quod dupliciter agunt efficientia. ²
Dupliciter. Naturaliter et voluntarie.
Vt Ignis naturaliter calefacit. Archi-
tectus cum uult edificat.

Suspiciunt ne naturalis causa acti-
onem non. Maxime cum admatos
sunt materiae. Vt Ignis admotus oleo
incondit illud.

Possunt ne voluntaria causa cessare ab
agendo. Possunt Vt Deus creare quidem
mundum ab aeterno potuit non tamen
creauit illum ab aeterno.

Regula

Cum causa sufficientes agunt effectum
sieri necesse est et e contra. Effectusposito
necesse d' causas adesse aut abfuisse.

Alia

Non posito effectu non e necesse causam
adesse Vt Animalis homo non precepit
ea q sunt dei. Ergo Animalis homo no
rogatur spiritu sancto.

Alia.

Dignitas effectuum ex causis sumitur
nam ex digna causa sequuntur digni
effectus Vt Deus ordinavit magistra-
tus. Igitur magistratus sunt coloni.

A. FORMA

Anteridum argumenta sumuntur a forma
sui formali causa cum res commendamus ab
arte qua factus sunt uol ab operaria specie.
Est autem forma perfectio rei q uocatur
materiam, ut est tumentum mare,
rid u
Vas e rotundum. Igitur e uolubile.

Hic pannus est tunica. Igitur indui de
bet.

Hic panis est albus. Igitur habet al
biditatem.

Coruus est niger. Igitur nigredinem
habet.

Lignum hoc quadratum. Ergo aptum
est ad mensam.

A. MATERIA

Seu materiali causa.

Non raro trahuntur argumenta a mate
riali causa in hunc modum. Vt

Lapides et ligna desunt.

Igitur non potest extrui domus.

Pannus adest.

Ergo non potest fieri uestis.

Hic fronde super uiridi sunt nobis mi
tra poma, castaneae molles et pressi
copia Lactis.

Igitur cibi parari possunt.

Adest bapirus.

Igitur potest parari liber.

Cementum et lapides adsunt.

Ergo murus fieri potest.

AB. EFFECTIBVS. SEV.

A FINALI. CAUSA

Colliguntur non raro argumenta a
finali causa cum aut bonitatem aut
utilitatem rei demonstrare uolumus
et e obseruandum quod unius rei se po
multri fines esse possunt maxime

46
maxime autem fines principales
vel fines minus principales et hi
causa uniuscuiusque rei officium seu
usum ostendere solent. Quae propter
diligenter et consideranda. ut

Virtus est honesta

Igitur est optinenda.

Euangelium consolatur conserenti-
as afflictas

Igitur omnibus afflictis conserenti-
is annuntiandum.

Christus venit peccatores saluos fa-
cere

Ergo omnes homines opae habent
Christo.

Civiles ordinationes promouunt ho-
nestatem et tranquillitatem publicam.

Igitur sunt seruanda.

Scholarum publicae reddunt homines
civiles

Igitur sunt erigenda.

Bonae artes emolliunt animos homi-
num nec sinunt esse feros

Igitur sunt amplectenda.

AB ANTECEDENTI BUS ET CONSEQUEN TIBUS

Argumenta quoque sumuntur non ra-
ro ab antecedentibus ad consequentia
sive ab eo quod antecedit ad id quod

sequitur et occurrunt huius loci plerumque
in sacris literis exempla. Ut

Caecus sedens secus uiam fide implo-
rauit auxilium christi

Igitur uisum recepit.

Syro phynisa fide fimbriam uestimen-
ti christi tetigit

Igitur sanata est.

Fab. magno e iussu consilio

Igitur Hannibalem vincendo uicit

Interdu[m] argumenta a conse-
quentibus dicuntur ad
antecedentia. §

Christus promittit consolationem

Necess[e] e[st] ergo eos perterrefactos esse
quibus consolationem promittit.

Curatus est

Ergo morbo laborauit.

Resuscitatus est

Ergo mortuus fuit.

Christus coelos ascendit

Ergo in terris conuersatus e[st].

**Regule de locis sumptis
a causis.**

Vna causa naturalis non habet in
eodem subiecto contrarios effectus ut

Ignis calefacit

Igitur non frigidat.

Sol splendet

Igitur non e[st] obscurus.

Legit terret conscientias
 Igitur non consolatur.
 Victor terret furem
 Igitur non lustrificat.
 Vocatur autem causa naturalis cau-
 sa propria et sufficientis.

Alexaegida

Una res non habet ^{in eodem subiecto} plura efficiencia
 quorum singula sufficientia. *vr*
 Si ex lege est iusticia frustra claudit
 mortuus est.
 Si opera iustificanti Ergo fictas
 uana est.

A·TOTO·AD·PARTES

EA est genus argumenti quod a toto
 ad partes appellare soletur circa quod notan-
 dum est quodposito toto necesse est et
 partes poni q si necessarias sunt rite eas
 sequitur totum contra si necessarias no
 sunt infirma erit argumentatio. *vr*

Vnquibus caret
 Igitur diutius uiuere non potest.
 Domus caret porrecto
 Igitur durare nequit
 Manus caret digito
 Igitur non e manus. **I**nfirmas
 sunt huiusmodi argumentationes.
 Paulus docuit boni ton riam et remissi-
 onem peccatorum
 Igitur docuit euangelium.

Piscopi tractant de christiana religione
Iuris tractant de timore dei et fide in
christum

Corpus e humanum

Igitur caput manus et pedes habet.

Huiusmodi argumenta sunt firma
quia partes sunt necessariae sine his
min totum existere non potest.

A. SIMILITVDINE

Argumentis utuntur auctores inter
dum a similitudinibus sumptis ut
hoc non tam in probando quam in
illustrando et amplificando suam.

Sunt autem et haec argumenta
plerumque infirma iuxta illud
dictum. Omnis similitudo clau
dicat. Sunt praeterea quaedam
paria quaedam uero imitaria.

Apari exempla.

Si a deo maledictus e qui patrem
contempsit.

Ergo et is maledictus e q matrem
contemnit.

Si illum poenas dare oportet qui
patriam prodidit

Ergo et ille dabit poenas q patriam
in condio prodidit.

Si puer q vergilium non memorat

mandant dignus de castigatione
Ergo et sic dignus de castigatione qui
eius quod memoriter tenuit oblitus est.

Ab impari.

Argumentatur a minore ad maius
affirmative iuxta hanc regulam
Si id inest quod minus inesse videtur
quanto magis in erit illud quod magis
in esse videtur. ut

Si Turcam reprimere solus Ungaricus rex
potuit, multo magis reprimere eum
poterunt omnium Christianorum con
iuncti exercitus.

Si bonum vel Asinum servare licet Sa
barho multo magis hominum.

Si discipulus intelligit preceptorem
multo magis preceptor eius.

Pallas potuit perdere Argivos
Ergo et Iuno soror ut coniunx Iouis
Troianos perdere poterit.

A maiori ad minus.

Argumentatur negative iuxta hanc
regulam. Si id quod magis inesse
videtur non inest neque illud inest quod
minus inesse videtur. ut

Si coelum et terra non permanebunt
multo magis potentatus huius seculi
non permanebunt.

Si preceptor ignorat, Ergo neque disci
puli sciunt.

Deus angelis peccantibus non peccat
Ergo nec peccantibus hominibus peccat.

AB-OPPOSITIS

Aliquando fiunt argumentationes ab oppo-
sitis sive a contrario. Sunt autem contraria
Qualitatum ut frigus et calor.
Relationis ut pater et filius.
Privationis ut Inops et Dives.
Contradictionis ut vivus et mortuus.

DE Contrariis datur haec generalis regula.

Nunquam possunt contraria simul in eodem
existere subiecto.

Exempla argumenti a contrariis qualitatum.

Corpus est calidum. Igitur non frigit.
Terra est humida. Igitur non est siccata.
Lignum est durum. Igitur non est molle.
Prudentia est virtus. Igitur non est vitium.

Exempla contrariis ex relatione.

Ioannes est pater. Ergo non est filius.
Principes sunt domini. Igitur non sunt servi.
Tu es discipulus. Igitur non es praceptor.

Regula.

Vno relationum posito necesse est ut alte-
rum boni sed in diversis subiectis ut
Pater est Ergo filium habet.
Promissio est Ergo factus requiritur.

Acquiescentia
 Iesus fuit pauper. Igitur non fuit diues.
 Christus est lux mundi. Igitur non sunt
 tenebrae in eo.
 Euangelium e uerbum gratiae. Igitur
 non e uerbum indignationis.

Nota.

Privationes non significant rem aliquam
 sed absentiam rei quae adesse potest. Ut
 Rex tuus uenit tibi pauper. Igitur non
 cum regio apparatu.

A Contradictione.

Cordum moartur. Igitur non e Pax
 Mens praedita e motu sempiterno. Igitur
 nunquam quiescit
 Iusti uiuunt cum christo. Igitur non
 sunt mortui.

Observatio.

Contradictiones nunquam simul uerae
 aut simul falsae esse possunt.

AB EXEMPLIS

Solent ab exemplis non raro sumi argumen-
 ta. Pertinent autem ad locum ab exemplis
 ab allegori et proverbis. Ut.

Petrus mortientem occidit Ananiam cum irap-
 uitate spiritus Sancti. Igitur haud
 dubio deus iniqua punit.

Abraham credidit deo et reprobaturum e se
 ad Iusticiam. Igitur haud dubio
 cuius br sua fides reputabitur ad Iusticia.

Apocryphus

Scanditur incertum studia in contraria
vulgas. **E**st igitur vulgus in
confans et mobile.

Omnos sibi melius malunt quam alteri
Igitur Omnes priuata utilitati student.

Ab appollogis

Grus extrahens lupo ossa horrentia in
cula vt hōt multa promissa resum accipit
pro suo beneficio. **I**gitur perit qd
feceris ingrato. **A**liud.

Vulpecula qdam fluvium frangens in
lacunam ē propulsa unde propter limi-
tationem exire non potuit quam musca
aculis grauidox culligebat quod ubi uidit
vriactus misericordia ē motus inuero
gemitq; vulpeculam velle ne ut abigeret
ab ea muscas ille abnuic dicens haec mea
sanguine iam plena parua mihi possunt
inferre molestiam si autem has abigeris
alio superuenient q; quicquid mihi superest
sanguinis exhaerent. **I**gitur
reges ut vident se iam opibus de sup-
tidorum labore impauescunt non sunt
nec deponendi nec occidendi ne ubi alij
illis successerint totum quod subridis
relictum ē ab illis eripiant.

AB AUTHORITY

Ducuntur argumenta ab authority aff-
irmatiue tantum. Est autem regula
suis maxima **V**nicuiq; in arte sua perito
est credendum. vel sic. **V**nicuiq;

exposito in sua facultate est credendum.

Exempla.

Cicero scripsit nullum magnum uirum sine diuino extitisse afflatu. **I**gitur uerum est.

Paulus dixit Iniqui regnum dei non possidebunt. **I**gitur uerum est.

Christus dixit Nemo nouit patrem nisi filius. **E**rgo uerum est.

Obseruatio.

Obseruandum e circa hunc locum quod nunquam ab auctoritate licebit arguimur negatiue, ut si quis arguimur, tunc sic.

Plinius non meminit huius herbe. **I**gitur nullas habet uirtutes. **I**tem.

Scriptura non meminit quotto die angeli sunt creati. **E**rgo non sunt creaturae dei.

Fat pertinet ad hunc locum totum dicta, leges, maiorum inestituta, consuetudines, et quia de deo diuinitate rebus sine scriptura auctoritate nihil affirmari debet idcirco in disputationibus theologis interdum locus ab auctoritate negatiue usurpatur.

A. SIGNIS

Postremus dialecticorum locorum dicitur locus a lignis eo quod sepe solent argumenta duci a signis. Sunt autem signa exteriora nota quod sensu deprehenduntur.

Exempla.

Homo nascitur inermis et nudus.

ITATE

horum est
in regula
sua parte
Vincit

Ergo non nascitur ad bellandum.

Ez palluit **I**gitur sibi timor.

Rubrascit **I**gitur e reus.

Corrugat frontem **I**gitur irascitur.

Oculi flammant ac scintillant.

Igitur e iracundus.

Tricem habet vultum **I**gitur in
fortunio premitur.

Demisso iultu incedit **I**gitur furor.

Observatio.

De locis in genere vel observandum
quod quidam sunt probabiles quidam
vero necessarii.

Probabiles sunt q continent probabilia
argumenta q ex coniecturis constant
tantum.

Necessarii sunt q continent argumenta
necessaria vel firmas ^{probationes} ~~rationes~~ ex definiti
one vel partibus eius aliquid colligimus.

DE SYLLOGISMO **H**YPOTHETICO.

Circa syllogismum hypotheticum prin
cipio e considerandum quare dicatur
Syllogismus hypotheticus quo cognito
facile deprehendi potest quid hypotheti
cus syllogismus sit. **A**nt ergo questio.

Vnde dicitur Syllogismus hypotheticus.

Dicitur a propositione hypothetica.

Nam supra in parte secunda Dialectice ubi tractatur de divisione propositionum habetur quod propositionum alia est categorica alia uero Hypothetica.

